

menta^a, ternas propter tres status, sex^b propter labores temporum, quia in septimo datur requies^c, et idcirco labor septimi sub sexti serie geminatur^d.

[De statibus]^e.

Primus ergo status claruit ab^f Abraham, cuius initiatio ab^g Adam. Secundus fulxit^h a Çachariaⁱ sacerdote^k, cuius uxor Elisabet^l, habens exordium ab Oçia rege Iuda. Tertius splendeat ab anno M^oCC^o, quasi sub Celestino papa^m, cuius inceptioⁿ a beato Gregorio^o. In^p principio primi status, id est secundum claritatem sui, surrexit Pharao, qui afflixit filios Israel, quos percussis Egyptiis^q eduxerunt Moyses et Aaron per medium Rubri maris. In claritate secundi regnavit Herodes, qui occidit pueros Hebreorum in cunctis finibus Bethleem, ut^r de servitute legis nonnullos eduxerunt Paulus et Barnabas, ceteros^s iudaicantes reliquerunt a fluctibus Romani imperii absorbendos. Iam vero in^t claritate tertii status^u futurus est alter Herodes et Pharao, heres tuus, qui Christianum populum supra^v quam credatur^w.¹ vexabit et opprimet tam in Romanis finibus^x quam in regno. Ad quorum clamores² duo testes³ vel ordines sunt mittendi, qui^y non solum a servitute vitiorum et onerum^z illos excutiant, set et^a totum Christianum populum^b versum in Egyptum^c — pravis moribus denigratum — labiorum virga percutiant et ad

a) 'testemta' V. b) 'ydrie' setzt zu R. c) 'quies' R. d) 'generatur' B. e) Die Ueberschrift fehlt BR. f) 'sub' R. — 'abraam' V g) 'habens initiationem sub' R. h) So VB; 'fulsit' R. i) 'zach.' VR. k) 'sacerd. — Elisabet' fehlt R. l) 'helisabeth' B. m) 'papa Cel.' R. n) 'habens iniatom' R. o) 'papa' setzt zu R. p) Statt 'In — maris. In clar.' hat R: 'Inchoata claritate primi status surrexit Pharao, qui precepit nechari pueros Hebreorum (a. R.: 'Ex. I'), affligens filios Israel, quos eduxerunt Moy[s]es et Aaron per medium maris Rubri, a cuius fluctibus persequentes Egyptii sunt absorti (dazu a. R.: 'Ex. XIII'). Inchoata clar. sec.'. q) 'percussit egyptus' B. r) 'nisi' V; 'et' R, am Rande: 'Mat. II'. s) 'vero' setzt zu R. t) 'inchoata' R. u) 'st.' fehlt R. v) So nur V; 'ultra' BR. w) 'creditur' V; 'credi potest' R, wohl aus Dan. 8, 24. x) 'partibus' R. y) 'q2 (quia)' V. z) 'morum' B; 'honore' R. a) 'et' fehlt R. b) 'pop. christ.' R. c) 'in Eg. versus' R.

1) Dan. 8, 24: 'supra quam credi potest universa vastabit'. Am Rande R: 'Dan. V'. 2) Hierzu ist 'Exo. III.' in R am Rande notiert, weil es dort 3, 7 heisst: 'vidi afflictionem populi mei in Aegypto et clamorem eius audiui'. 3) Die duo testes aus Apoc. 11, 3 werden auch in anderen pseudojochaitischen Schriften wie namentlich in der Interpret. Jeremiae als der Minoriten- und Dominikaner-Orden erklärt; vgl. auch Salimbene f. 321^{b-c}, SS. XXXII, 266.